

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 977

**Auteur(s) :** Eugène III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Philippe d'Harcourt, Bayeux (évêque)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1153, 9 février

**Lieu d'émission :** Rome

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Eugène III, sur les plaintes de Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux, reproche, en termes très énergiques, à Henri Plantagenêt, duc de Normandie, d'avoir laissé Hugues et Guillaume de Crèvecœur, et Philippe de Colombières établir des marchés qui font tort à ceux de l'église de Bayeux, au mépris de l'excommunication lancée contre eux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CLXXXVII, t. 1, p. 233-235.

b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 71, p. 150-152.

## Dissertation critique

Datation proposée par V Bourrienne et J. Ramackers.

Texte établi d'après a

Eugenius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro, Henrico, Normanniæ duci, salutem et apostolicam benedictionem. Si de illorum executione, quæ justa sunt, sollicitè cogitares, et ecclesiæ, quæ in terra tibi commissa consistant, sub tua defensione ampliori pace gauderent, et pravorum temeritas a perturbationibus earum et Christi pauperum duriori fræno se cognosceret coherceri. Veniens autem ad nostram præsentiam venerabilis frater noster Philippus, Baiocensis episcopus, in audientia nostra exposuit quod Hugo, et Guillelmus (?) de Crevacor, et Philippus de Columberis nova fora, per quæ antiqua fora Baiocensis ecclesiæ destruunt, ex concessione tua instituere præsumserunt, et tu, juxta potentiam desuper tibi concessam, eodem fratre nostro sæpius requirente, nequaquam eos a tanta præsumptione hactenus desistere compulisti, immo, cum ipse illos, et quosdam alios malefactores suos, et commissæ sibi ecclesiæ pro suis excessibus divini verbi ventilabro a fidelium communionem removerit, tu promulgatam in eos canonicæ severitatis sententiam non observas, et illos, qui se per mala opera reddiderunt a cœlesti ecclesia alienos, et sacerdotali judicio meruerunt a terrestri depelli, non formidas in tuo comitatu tenere. In quo facto, et supremi judicii terrorem negligenter attendere, et ecclesiæ claves, quas beato Petro et his postquam eum erant in gradum sacerdotii successuri providentia divina commisit, contempnere

comprobaris. Unde veremur ne in eorum numero computeris, de quibus Dominus ait : Ipsi regnaverunt, et non ex me ; principes extiterunt, et non cognovi eos. Quum igitur debito suscepti apostolatus astringimur universos sanctæ matris Ecclesiæ filios ad ea quæ agenda fuerint provocare, per præsentia scripta nobilitati tuæ mandamus quatenus antefato fratri nostro in sua justitia vigilanter assistas, homines, sub tua ditione manentes, ab ejus et ecclesiæ suæ perturbatione districte compescas, nova fora, quæ supranominati viri ad destruenda vetera fora Baiocensis ecclesiæ instituere præsumserunt, in dampnum ipsius fieri de cetero non permittas, et quos ipse a communione fidelium ex indulta sibi desuper potestate removerit, in tuo comitatu habere nullo modo præsumas, sed ejus et omnium prælatorum Ecclesiæ canonicam censuram, sine ulla refragatione, observes. Alioquin, cogitandum tibi est attentius, et timendum, ne illius indignationem incurras, qui, sicut ait Job, effundit despectionem super principes, et eos, qui oppressi fuerant, revelat . Data Romæ, apud Sanctum Petrum, quinto idus februarii.